

Nicolaus Schütze

**Programma Quo Christum Redemptorem In Cruce Pendentem Gratae mentis
Oculis conspiciendum Rector Academiae Rostochiensis, Nicolaus Schütze/ I. U.
D. & Professor Omnibus omnium ordinum Civibus Academicis exhibet, Eosq[ue]
a spurcissimis Bacchanaliorum Feriis avocat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734606893>

Druck Freier  Zugang



R.U. Progr. 1635
1) Nicolaus Schütz
2)
3) Georg Daserius.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734606893/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734606893/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA
Quo
CHRISTUM
REDEMPTOREM
IN CRUCE PEN-
DENTEM

Gratæ mentis Oculis
conspiciendum

RECTOR
Academie Rostochiensis,
NICOLAUS Schüze / J. U. D.
& Professor

Omnibus omnium ordinum Civibus Academi-
cis exhibet, Eos à spuriissimis Bacchanaliorum Fe-
riis avocat.



ROSTOCHI,
Literis JOACHIMI PEDANI Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXXV.



RECTOR

Academiæ Rostochiensis
NICOLAUS Schubze / J. U. D.
& Professor.

Rotentissimum Macedoniz Regem *Alexandrum Magnum*, solum sine æmulo rebus gestis adeo clarum, ut nemo ejus alicubi ita differente *Quinto Curtio* vel Virtutem superare, vel Fortunam exceptare audeat, de seipso, quod Beneficentia omnibus antecelluerit, gloriari solitum fuisse Historici memorant: Donaria namq; non parcè sed largissimè exogavit, Aurum & argentum non liberaliter sed profusè distribuit, integras urbes & provincias non raro sed sapienter etiam renuentibus (ut apud *Ælianum Atheniensium Dux Phocion*, testis est, cui centum argenti talenta misit, & insuper quatuor circitares obrulit) donavit, Dignitates & honores per amplios innumeris concessit; Ut paucis effatur, Multis & variis iisque magnificis & immodicis congiariis non segniter aut illibenter, sed avidè & promissimè quampluribus collatis, Beneficentissimi nomen adquisivit, Ut præter relatos passim scriptum reliquerunt *Polycratus*, *Philo Thebanus*, *Plutarchus* & alii.

Cuncta hæcce si magni æstimari possunt, certè multò majorem ne dicam incomparabilem æstimationem. ingre-

meretur admiranda Redemptoris nostri JESU CHRISTI, quam hocce quotannis tempore cum stupore recolit Ecclesia, omnibus mortalibus detecta Beneficentia. Prodiit enim non ex mortalium cœtu ullus quispiam misellus Homuacio, de quo peregrina nobis polliceri possumus Beneficia; sed Deus ipse benefactorus in medium prosiluit Rex Regum, & Dominus Dominantium, Cujus est universa terra & plenitudo ejus, Cujus manus invalida non existit, Qui potest abundantius facere quam nos vel petere audemus, vel intellectu adsequi valemus, Cui nihil omnino impossibile est. Benefecit is ipse non aliquibus tantum, sed toti generi humano; nobis scilicet universis ac singulis terræ incolis, quamvis hostibus, & acerrimis præcepti Paradisi transgressoribus. Bona nobis ex throno cœlesti attulit, non perituras quasdam divitias vel opes terrenas, quas Mundus largiri & magnificare solet; Sed unigenitus Dei Filius seipsum nobis ultro, proh quantus amor! donavit, & mortali carne nostrâ cooperatus preciosissimo pro nobis in Crucis patibulo innocentissime effuso sanguine nos Satanae mancipia ab horrendâ Legis Divinæ maledictione, & eternisque Inferni, aperto rictu nos deglutire parati, suppliciis redemit, Patri cœlesti perversis atibus nostris supra modum irritato funditus reconciliavit, & indubitate Regni sui heredes reddidit. Eapropter Messias hicce noster, Agnus verè immaculatus, qui nullum scelus patraverat, in cuius ore nullus dolus comprehensus fuit, Mediator Dei & Hominum factus est, & premium redemptionis semetipsum pro omnibus tradidit: vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter sclera nostra, Disciplina pacis nostræ super eum, & plagiis vulneribusque ejus sanati sumus.

A 2

Mi-

Miseranda Crucifixi nostri, quam in salutari hujusmodi Redemtionis opere perficiendo expertus est, sors fuit, quam in Scriptis Apostolicis historicè depictam, non sine lachrymis & vehementi consternatione pius animus recognoscit. Cum molestias & adversitates præduræ Nativitatis patientissimè sustinuissest insons Rex Israëlis, amarulentæ Passionis tempora appropinquârunt; Ubi tantus statim à primordio Horror, Timor & Dolor ipsum adortus est, ejusq; viscera penetravit, ut sudorem sanguineum copiosè emiserit, tristem animam suam usq; ad mortem esse lamentabili voce conquestus fuerit. & Patrem suum cœlestem trinis vicibus anxiè & ardentissimè invocaverit, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. Esurivit, sitivit, alsit: A proprio rum Discipulorum uno immerenter proditus, ceteris verò omnibus in fugam se proripientibus, derelictus est; à Judæorum turbâ captus; pro scelerato reputatus, irrisus, denudatus & ludibrio habitus; Innocuū corpus ejus vinculis constrictum, & flagellis percussum; Sancta facies ejus foedissimè consputa & alapis cæsa; Caput ejus indignis spinis miserrimè compunctum; Despectus & contemptus est, ut averteretur vultus ab eo; Iniquæ morti mancipatus, ignominiosè eductus, truculenter inter duos latrones in crucem attractus; Unicus ibidem, quo palpitans & contabescens cor reficere posset, immisericorditer ipsi denegatus est haustus, in ejusq; locum ex felle & aceto commista potio porrepta; Manus & pedes ejus ferreis clavis perforati; Latus ipsius ab impio milite lanceâ apertum: Summatim; tam tyrannicè & intolerabiliter ab Excretis Judaicis maceratus & cruciatus est J E H O V A noster, ut elatâ & ingeminatâ voce ipse, qui dilectissimus Patri cœlesti ab æterno fuit, nunquam

quam non mansit & perpetuò manebit, exclamare cō-
actus fuerit, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?
Eoqué modo fortiter & victoriouse pro salute nostrâ,
Deo æterno sit laus & honor, occubuit.

Nostrum jam erit, Cives Academici, invictissimi
hujuscē Redemptoris nostri, Diros animæ & corporis crucia-
tis, verissimis ut nos ab æternis animæ & corporis cruciatis esse
mus liberi, Sanguine infictorum vulnerum deformati ut nos
coram facie Dei sisteremur immaculati; Ad morrem tristissimè ra-
pti ut nos in omnem æternitatem vitâ perfruēremur lati, pas-
sionem & mortem acerbissimam piâ gratâq; mente fu-
turis diebus meditari, non cum spurcissimis lurconibus
& heluonibus infernali Bacchanaliorum festo, proh do-
lor! anniversario madentibus poculis, quæ sœpiusculè
tela fieri, & ut plurimū subsequentes cædes parere so-
lent, impiè sacrificare, & Epicuro Gargetto, qui referente
Æliano, si aquam haberet & offam, se cum Jove defelicitate cer-
tare paratum esse, dicere solitus fuit, nos conformare; ne ut
verbis Apostoli Pauli utar, siamus inimici crucis Christi,
quorum finis interitus, quorum Deus venter est & glo-
ria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Mos erat
priscis Ægyptiis, ut narrat Cladius Parandinus, per sympo-
sia ab aliquo pro refrænanda voluptatum & compotan-
di libidine circumferri mortis simulachrum, singulisq;
ordine intuendum ostentando dici,

Contuere hoc quid sit, geniq; tantumq; vacare.

Quam lubet, huic fies tu similiq; semel.

Jam interioribus animi oculis nobis conspicienda
probatur ipsius Filius Dei pro peccatis nostris mortui
imago! Hujus intuitu ab impuris Bacchi deliciis nos
abstrahiri, & in assiduam mortis quoque nostræ indies
propius accedentis, beatæque ad exemplum Crucifixi

emigrationis meditationem, quæ secundum verba Augu-
stini, serio à peccatis revocat, proprio nostro bono de-
duci patiamur. Proh Deum immortalem! quis ejus esse
desideraret nefandæ ingratitudinis, qui ærumnoso
hocce tempore in luto temulentiæ & gaudii terreni ve-
lit volutari, cum Redemptor humani generis in fame &
fisi cum summo luctu horribiliter patitur; quis veleret
obsceno Baccho ceterorumq; foedorum peccatorum
illecebris indulgendo, se in Cerberi infernali totum ge-
nus humanum perdere allaborans fauces petulanter
præcipitare, cum universi mundi Redemptor plenaria
satisfactione peccata mortificando omnes omnino ho-
mines ab interitu nititur vindicare. Temulentiæ sanè
vel ideo maximè cane pejus & angue fugere nobis con-
veniret, quod fomes sit & nutrix omnium malorum, fa-
ciat cultores suos tumultuosos & contentiosos, conci-
tet homicidia, libidines atque scelera infinita alia, quod
plurimis exemplorum, quibus sacra & profana Historia
abundè scatet, testimonii illicò comprobare haud
difficile foret, ni experientia quotidiana veritatem ejus
nobis, eheu! plus satis inculcaret, quo in compescendo
vei Pittaci Mytilenensis lege, durioti poenâ delinquen-
tes ebrios, ut ex Diogene Laertio recenset Aristoteles, quām
si sobri quid commisissent, coercente; opus vel vigor
Constitutionis Carolinæ, quæ turpem prius ebrietatem
puniri, mox ob crimen in Ebrietate perpetratum de-
nocente supplicium sumi severè præcipit, reducendus
esset.

Ego, quod officij functio mihi imperat rogo
simulq; serio hortor studiosos imprimis juve-
nes, ne præsenti & subsequentibus septimanis
gulæ

gulae & crapulæ litent, non vespertinis temporebus cōmuni quieti destinatis veluti Coraces nocturni Cyclopicas vociferationes edant, non tumultus & rixas, unde majora in fortunia proficisci solent, excitent, non boatu & ululatu plateas replendo se in Belugas transformat, non insanientium instar Larvati, quibus *ut Historiae produnt*, Diabolus visibiliter se adsociare solet, per urbem discursitent, & omnes fatuitates jocos gesticulatorios, gerras aliasq; hujus & alterius sortis delicias & catnis voluptates penitus devitent: quibus omnibus Passionalia indecenter polluuntur & Crucifixus recrucifigitur. Voluptatum mundanarum illecebrae ex comparatione Divi Chrysostomi Syrenibus similes sunt, quæ extrinsecus pulcherrimæ apparent, longis & croceis capillis, oculis cæsiis & illicibus, mammis rotundulis instar globulorū, genis rubentibus, pectore, collo, manibus, ceterisq; membris candidis instar alabastri; verum cauda instar horrendi serpentis, prælonga, mucronata, dentata & venenata: Sic voluptates apparentiam suam amabili principio delectatione splendent, ast cito *ut pius Cujusdam est effatū*, nos relinquunt & transeunt, & penè antequam veniunt auferruntur imo, quod maximum est, æternum non raro sectatoribus exitium ex improviso pariunt.

V-

Voluptatum ergo insidias qui declinare expectunt, *Eas iuxta Aristotelis monitum à tergo non à fronte contemplentur*, simulq; *cum Gregorio* cogitent momentaneum esse quod delectat, à ternum quod cruciat. E contra vero sobrietati & temperantiæ, quæ Deo per placet sanitatisq; parent & conservatrix est, studeant, in terrenâ conversatione bonam *cum Paulo* conscientiam alant & Corpora pietatis vasa & Spiritus sancti, qui peccati & nequitia sordibus ejicitur, receptacula esse recordentur. Maximam sibi bene agendi necessitatem, incumbere adhortanti *August.* credant utpote qui cuncta agant in conspectu Judicis omnia cernentis: Severi hujus Judicis vultum, quem præunte Bernardo, latebit nil occultum, nec manebit quid inultum, expavescant. Sic tandem inglorioso crucifixi hujus nostri Messiae adventu irreprehensibiles cum gaudio comparere, & tanquam Benedicti Patris cœlestis Hereditarij Regni cœlorum voce Filij hominis pronunciari poterunt. P. P. Sub Sigillo Rectoratus ipso die Esto mihi Anno 1635.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734606893/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734606893/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734606893/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734606893/phys_0012)

DFG

Etanda & sustinenda accidere solet.) sed mediocri
 ratio physica probat, & humana sagacitas com
 judaea, terra montosa, sub Ele poli 32. grad. ci
 non sint adeo intensa & acria quam apud nos, a
 contingere, manefesta evincit ratiocinatio, &
 c. 10, v. 22. ubi scribit Encanaria Hierosolymis celebr
 ei 14, v. 54. Luc. 22. v. 55. Petrus sedet cum min
 accensum, & calefecit se pridie ante Pascha cele
 que noctium vernum occupavuit, circa quod temp
 terra ultra sexcenta millaria germanicas
 distante, non adeo intolerabili Gelu premimur,
 etii verni opus habuerint igne ad se se calefaciens
 gorū intolerantiam extitisse circa Solstitium hy
 binc indubitanter sequitur, nativitatem Christi
 tium, sed autumnale potius & equinoctium contig
 ter finem mensis Septembbris aut principium No
 adhuc mediocres & tolerabiles aestus propter long
 zonte Iudaico sub Elepoli 32. existere sol
 αρχαντεροι commode degere potuerint.
 evadit Mariam parturientem, quia indiversio
 de instabulum concessisse, ut puta, locam, qui pec
 cendum accommodatus reperiabatur, it emq; prese
 erat, a pecoribus, que it idem subdio pernoctem
 tant, non occupabatur aut impeditiebatur. Ver
 & hodie passim multæ & variae opinones de cer
 Christi agitatae sunt, inter doctos viros, quibus
 & sententiam relinquo illæsam & inviolatam,
 dio & candido animo proferre ac publicare vo
 quid de hoc Sancti mysterij tempore Eruditæ viri se
 stare vulerint præmonstrarē, atq; in aduberiore
 authores investigationem, ansam præberem. Op
 diem anni natalis Christi apud probatos autho
 buj; mysterij & reliorum singulorū festorum dis
 berit, ut absq; superstitione tum hosce tum & re
 anni cursum ritesperagere & celebrare possemus
 sia Christi non est alligata ad certos dies, quibus
 Christi Celebrations peragi debeant ac commun




Image Engineering Scan Reference Chart T E63 Serial No.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298